

14.
VIRO PERILLVSTRI
PERQVAM MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GERHARDO VON DEM BVSCH

ICTO EMINENTISSIMO
REIPVBLICAE PATRIAE VLTRA ANNOS XVIII. CVM DIMIDIO
SENATORI MERITISSIMO
REI MILITARIS MODERATORI
NOVAE VRBIS ET COENOBII S. IOHANNIS INSPECTORI

RELIQVA

IAM AD

CONSVLATVM

CVNCTIS

PATRVN CONSCRIPTORVM

SVFFRAGIIS ERECTO

SVPREMVM HOC DIGNITATIS FASTIGIVM

D. XXVIII. DECEMBR. 1732.

SOLEMNI RITV OCCVPATVM

QVO PAR EST DEVOTISSIMAE PIETATIS ET OBSERVANTIAE

CVLTV GRATVLABATVR

CHRISTIANVS NICOLAVS ROLLER

V. D. M.

PHILOSOPHIAE IN ILLVSTRI SCHOLA BREMENSI PROFESSOR

ROTTERODAM. LITTERAR. SOCIET. CVIVS INSIGNE EST

PRODESSE CANENDO

MEMBRVM HONORARIVM.

BREMAE,

TYPIS DIDERICI MEIER, TYPOGRAPH. GYMNASII ILLVSTRIS.



Hic eu iacet exstinctus fato iam **CONSVL** iniquo
EELKING, spes Patriae praefidiumque suae
Liber ab interitu cultor si viueret aequi,

Nestoris **HIC** annos viuerè dignus erat.

Sed victus morbo cecidit: sanctosque suprema,

Exemplo docuit, fata manere viros.

VRBS igitur **BREMANA**, nouo perculsa dolore,

Edit moestitiae candida signa suae.

Tertius est etenim **CONSVL**, quem a tempore paruo

Eripuit patrio Parca maligna solo.

Qui modo bis septem, qua **CONSVL**, mensibus **VRBI**

Praefuit, **ILLVSTRIS LUX** Columnae **SCHOLAE**.

ILLIVS ast longos Nomen durabit in annos,

Post mortemque **VIRI** fama superstes erit.

Sed iam parce Tuis, **RESPVBLICA** fida, querelis;

Parce, precor, scissis exululare genis.

Nam iactura grauis nunc est reparata **SENATVS**

Auspiciis, lecto **CONSVLE** rite **NOVO**:

Dum sedem EELKINGI, Musae Themidisque Patronus
Cepit BVSCHIADES, imperiique decus:
Nobilitas animi Cuius respondet auitae
Genti: (nobilior vix erit vlla domus.)
Bis nouies magnum iam sol confecerat orbem,
Addiderat septem lucida signa poli:
Ex quo CONCILIO PATRVM transcriptus, vt esset,
Qui ferret PATRIAE rite SENATOR opem:
Et qui talis erat, meritorum pondera cuius
Plausibus efferret femina virque fuis.
Nam fuit adfidius virtutum cultor et artis;
Spes et amor CIVIS, praefidiumque boni.
Hinc, vbi ius dixit, vel legum aenigmata soluit,
Confessa est Eius pars quoque victa fidem.
Castra Camoenarum, Phoebi, Themidosque secuti
Laurea DOCTORIS cinxerat ante Caput;
Praecipue digni, quem CVRIA tota probaret,
Qui mereat summo PATRIBVS esse loco,
Ex quo cum SOCIIS, sceptri splendore coruscus,
Legitimus CONSVL ciuica iura dabit.
Nonne igitur felix dici, PIA BREMA, mereris,
Fascibus ac sceptris, ingenioque VIRI,
Qui fuit exemplum solida virtute probatum,
Cui verus toto pectore candor inest.
Cuique, SENATORVM claris insignibus aucto,
Haud aliquem fastum contulit vllus honor.
IS mentem potius seruauit CIVIBVS aequam,
Cuilibet ex populo comis amansque PATER.
Omnia iam nobis peragentur fidere fausto,
Ortaque BREMANIS aurea secla fluent.
Nos Themis, alma Fides, Neptunus, Apollo iuuabunt,
Mercurius, Pallas, Pieridumque fauor.

Hinc animo gratos VRBI praefugio motus,
 Atque salutiferas pacis et artis opes.
 TV modo, CONSVL, ouans fellam conscende curulem;
 Fascibus adspiret Numinis aura Tuis!
 Donec in aethereas, emensus Nestoris annos,
 Spectatus meritis, fuscipiare domos.
 Ominor haec equidem, diuino percitus oestro;
 Sedibus aethereis spes mihi tanta venit,
 Auguriique fides, haud vanis excita signis,
 Sensibus intenti relligione viri,
 CONSVLIS ingenti studio flagrantis, et acri
 Alterius patriae sedis amore suae;
 Ore fauente preces, manibus pia thura ferentis,
 Quae placent laesum concilientque Deum.
 Proque MAGISTRATV valeant, pro CIVE, NOVOQUE
 CONSVLE, pro SOCIA, PROGENIEQUE Thori;
 HAEC UT AVVNCLORVM, voueo, per facta piorum
 Et, quod agit, cari facta PARENTIS eat.
 Fallor? an (exigui si quid praefugia vatis
 Ponderus habent?) BREMAM splendida fata manent.

